producat effectum, ſecūdū philoſophū 1.de generatione tñ ſi materia variatur in ſe,vel diſpoſitione qualitatiua,contingit effectus contrarios ab eodem agente occaſionari.Sic calor lutum in durat, & cerā liquefacit. Sic lux ſolis, quæ ſanis oculis (vt Aug.ait) eſt amabilis,ægris reddit odioſa. Odor quoq; florentium vinearum, qui delectabiliter fragrat hominibus, intolerabilis ē animalibus venenoſis.Medicinalis deniq; tyriaca venenatis mors eſt, mundis verò optabilem præſtat vitam. Non diſformiter inuenire eſt in gratuitis, ſiue ſpiritualibus. Sunt enim, quibus propter malā peruerſę voluntatis diſpoſitioné omnia etiā bona cooperātur in malum.Et ſunt mentes, quibus omnia cooperātur in bonū, ſecūdū apo.Rom. 8. Sic ignis diuini amoris ſuas emittés ſcintillas, effectus ſcilicet amoroſos,liquefacit mentes ad modum ceræ de floribus collectę puras. Sicut ſponſa in Canti. teſtatur. Anima mea lique eſt, vt dile.lo Cant.5. Immunda aūt, & lutoſa corda magis indurat, in quorum perſona dicitur:Grauis eſt nobis ad videndū. Sap. 2. Sic ſermo diuinus, qui lux eſt illuminans ad iuſtitiam erudit dociles.De quorū numero fuit q dixit: Lucerna pedi. me. ver. tu. & lu. ſe.me is. Sed excecat maleuolos, de quibus dicitur.Exceca cor populi huius, & aures eius aggraua,ne fortè audiant auribus. Eſa. 6 Et Iob 21. Recede à nobis &c. Ita odor bonæ opinionis fratrum quibuſdam dulcis eſt, quibuſdam intolerabilis, ſicut dicit apoſtolus. 2.Cor.2. Bonus odor Chriſti ſumus Deo, in his qui ſalui fiunt, & in his, qui pereunt, aliis quidé odor mortis in morté,alijs autem odor vitæ in vitam, ſic ſacramétorū medicina quibuſdā proficit ad vitā,alijs ad iudiciū,ſicut de Euchariſtia 1. Cor.11.manifeſtū eſt.Chriſtus ergo cū ſit ignis diuin⁹ inflāmās, lux omnes illuminans, odor vitæ ſuauiſſimus,medicina ſalutis, & medicus bonis,oppoſitos habens effectus in malos, occaſionaliter poſitus eſt in ruinam, & reſurrectionem multorum in Iſrael.Pro gratia Aue Ma. Primò recitetur euangelium cum breui poſtilla. Secundò tractabitur diffuſius thema.

Idé agēs in eodé ſubiecto quando q; cōtrarios producit effectus.

Duplex poteſt eſſe horū verborū intellectus ſecundū Orig.Vnus,vt totum ſumatur in bono,ſonetq; in benignitaté. Et ꝙ poſitus eſt in ruinam, & ꝙ poſitus eſt in reſurrectioné. In ruinam vitiorū,& reſurrectioné gratiæ & virtutū.Secundū qué intellectū ait Origenes in homil.Me oportet primū cadere & cum cecidero poſtea bene reſurgere. Et propterea me fecit ſaluator cadere, vt reſurgam. Et multò mihi ruina vtilior fuit,quā illud tépus, quo videbar ſtare. Stabam enim peccato, & quia peccato ſtabam,prima mihi vtilitas fuit vt caderem. Bona fuit hæc ruina,ad quam primum venit Ieſus, nec poteſt facere reſurrectionem niſi ruina præceſſerit. Venit ante deſtruere in me, quod malum fuit, purgationem peccatorum faciens, vt illo mortificato, & deſtructo conſurgat in me, & viuificet in me, quod bonum eſt. Ethnicus eras, cadat in te Ethnicus. Scorta diligebas,primum in te ſcortator intereat. Peccator eras, cadat in te peccator, vt poſſis de hinc ſurgere. Sic Saulum ſtrauit vt Paulum ſtatueret. Actu. nono.Et ad hunc caſum ſiue mortificationem vitiorum hortatur apoſtolus. Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam,libidiné, idolatriam &c. Col.3. Et iterum.Si commortui ſumus & conuiuemus 2. Tim.2.

Poſitus Chriſtus in ruinā hét duplicem intellectum Origenes.

Et hanc ruinam frequenter prophetę impræcantur malis vt cadant,vt deſtruatur malitia eorū, & iam non ſint mali,ſed reſurgant boni, ſicut eſt illud Prouer.12.Verte impios, & non erunt .ſ. impii,vt exponit Greg. hom. 32.Ita cum propheta in pſal. 82. Multa mala temporalia impræcabatur perſecutoribus eccleſiæ,quod ad ruinam pertinet.Ad quem finem ea optauerit,concluſio pſal. expreſſit. Ait enim.Erubeſcant,& conturbentur in ſe.ſe.& confūdantur & peant.Ecce ruinā. Sed nūq̄d pereant in terram? Abſit hoc optare